



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. An ex præstatione annua censûs facta Episcopo ab aliqua Ecclesia, vel monasterio, rectè colligatur, & probetur ejusdem subjectio; & quomodo census peti & probati debeat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

T I T U L U S XXXIX.
DE CENSIBUS, EXACTIONIBUS, & PRO-
RATORIBUS.

S E C T I O I.

De Censibus.

§. I.

An ex prestatione annua census facta Episcopo ab aliqua Ecclesia, vel monasterio, rectè colligatur, & probetur ejusdem subiectio, & quomodo census p[er] sui & probari debeat?

Variæ quidem veniunt pensiones ex obligatione solvendæ, census nomine, de quibus multa videre licet apud Civilistas; hæc autem census nomine aliud non intelligitur, quàm onus reale Ecclesia impositum, aut pensio annua ex proventibus Ecclesiasticis, ab Ecclesiis, aut aliis piis locis, Superioribus, & Prælatibus Ecclesiasticis, in singulos annos, solvenda. De hac ergo pensione, seu solutione quaeritur, utrum ex illius præstatione Episcopo faciendæ, rectè colligatur Ecclesie solventis subiectio; & respondetur negativè, cum solutio talis ex variis causis fieri possit, nisi vel ex ipsis expressis verbis in solutione appositis, vel ex circumstantiis variis, solutionem hanc fieri in signum subjectionis, colligi possit. Certè census talis subinde solvi potest ob privilegium ab illo concessum, cui solvitur;

In recognitionem gratiæ alicujus, emptionis v. g. libertatis, &c. à Superioribus obtentæ; in signum fundationis sibi aut juris patronatus, penes alterum existentis; ex conventionem certam, &c. ex census solutione præcisè non probetur subiectio: & hinc, qui penes certum, tanquam sibi debitum solvi, expresse debet rationem, sive causam, ob quam census sibi debeatur c. Provent. 7. h. 1. nisi ab immemoriali tempore census talis solutus esset, cum immemorialis temporis tituli præsumptionem inducat. Si aliquo protestatione contra omne debitum solutio talis facta fuit; quamvis enim ex solo decursu temporis non oritur obligatio, aut debitum, ejusve possessio, videtur tamen præsumptio præcedentis solutæ, sive tituli, ex quo obligatio, seu debitum, ejusve possessio, aut quali possessio originem traxit.

§. II.

Utrum monasteriis, vel aliis Ecclesiis, novus census imponi possit; & etiam à patronis, Ecclesiis, vel monasteriis patronatus?

AB Episcopis non possunt novi census reales, & perpetui, sine iusta causa imponi monasteriis, vel aliis Ecclesiis, neque veteres augeri c. Sciant. 3. c. Prohibemus. 7. h. 2. tum quòd ad leges